

218 DE DUOB. REIS STIP. ET PROMIT.
sio à præcedente stipulatione se jungitur. Hoc e-
nim (nisi fortè modicum sit , & actu non con-
trario fiat. *l. duos reos. 6. §. ult. de duob. reis.*) stipu-
lationem omnem vitiat. *l. si ex duobus. 12. d. t. & l.*
1. §. 1. l. continuus. 137. pr. ff. de V. O. Hodiè verò tacitè
correalis obligatio nulla fit : nec ad eam consti-
tuendâ expressa mentio rei ejusdè satis est: Sed ut
prætereà etiam mentio solidi in singulorum per-
sonis adjecta sit, requiritur. *Nov. 99. c. 1. pr.* Quod o-
lim interdum tantùm, ut in specie *l. reos. §. 1. & 2.*
ff. de duob. reis. necesse fuit.

CCLXXXIX.

*An & obligationibus re contrahendis cor-
rei fieri possint ?*

Quia correorum obligatio est , ex qua singuli
solidum debent , vel singulis solidum debe-
betur : §. *ex hujusmodi. 1. Inst. de duob. reis l. in duo-
bus. 3. §. ubi duo. 1. ff. eod.* Re verò obligatio , ultra
quàm datum est, contrahi nequit : *l. si tibi decem,*
17. pr. ff. de pact. Nec eadem res à pluribus sic dari
vel accipi potest , ut singuli eam in solidum , vel
dedisse vel accepisse dici queant : *l. si ut certo 5. §.*
ult. ibi, duorum quidem , & c. ff. commod. Ideò nec
correi aliqui isto modo fieri posse viderentur. Sed
magis tamen est, ut & sic fiant. Et sufficit tantum
datum, & respectivè acceptum esse, quantum ex
istâ actione exigitur: magisque respiciendum, an
is, qui rem pluribus dedit, vel à pluribus accepit,
fidem in solidum à singulis acceperit , vel singu-
lis dederit ; quàm an, & pro quâ parte , rem sin-
guli